



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Canon Decimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

animū vigilantē, ac circūspectum ad futurū hostis assultū habeas. Nūq̄ em̄ ille nō circuit, quarens quē de foret. Quo paratior esse queas, vt irruētē statim fortiter retūdas/exlibilesq̄, statim pestiferi serpētis caput cōteras. Nūq̄ em̄ ille vincit, vel facilius/vel p̄fectius, Proinde cōsultissimū est, paruulos Baby lonis, illico vt nati sunt, ad petram quæ Christus est/allidere, priusq̄ grandescant. P̄. 136

¶ Canon Decimus.

**Tentator quā
liter repellatur.**

Repellit autē maxime tentator his modis, si vel vehementer auerſeris animo, statimq̄ in suggerentē velut expuras, aut ardentē ores, aut ad sanctam aliquā occupationē toto pectore conferas, aut si verbis e sacris literis petitis tentatori respondeas, quēadmodū supra admonuimus. Qua quidē in re non mediocriter p̄fuerit aduersus omne tentationis genus certas quasdam sententias habere paratas, eas maxime, quibus aliquñ senseris animū tuum vehementer cōmoueri.

¶ Canon Vndecimus.

**Victoria parta
maius periculū
Imminet.**

Pios homines duplex potissimū habet periculū, alterum ne in tentatiōe succūbant, alterū ne post victoriā in cōsolatione & gaudio spiritali insolescāt. Vt igit̄ tutus sis/nō solum a timore nocturno, verū etiā daemōnio meridiano, facito, vt quū hostis te ad turpia sollicitat, nō tuā ipsius respicias imbecillitatem, sed tantū memineris te in Christo oīa posse, qui non ap̄lis modo, sed & tibi, sed omnibus suis mēbris etiā infimis dixit, cōfidite, quia ego vici mundū. Rursum quū vel post separatū instigatorē, vel in pio quopiā ope/senseris mentē tuam/intus arcana quadā voluptate p̄fundi, tum etiā atq̄ etiā caueas, ne qd inde tuis meritis arroges, sed totum gratuitæ beneficētiæ dei feras acceptum. Tec̄ ipsum protinus verbis Pauli reprimas. Quid habes, qd' nō accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Itaq̄ aduersus duplex hoc malū/duplex erit remediū, si & in cōflictu, tuæ virtuti diffusus, ad Christū caput tuū cōfugias, atq̄ in eius huius beniuolentiā spem oēm vincendi ponas, & in cōsolatione spiritali, statim gratias agas illi de suo beneficio, tuam indignitatē humiliter agnoscens. P̄. 90

main [unclear]
obsequio [unclear]

Ioan 16
I. corin. 4

Ab
cul